



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

Caput X. De notis, & signis veræ Ecclesiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI.
A.C. 1548
ercendi per excommunicationem, pertinet jus ordinandi ministros Ecclesie, pertinent vocationes ad munera Ecclesiastica, pertinet denique jus sanciendo Canonos: debent autem, quæ ad sensibilem, & externam Ecclesie partem pertinent, servire ad consummationem Sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi, jam in Ecclesia non solum sancti, sed etiam mali, ut ejus membra, licet arida versantur: Verum Schismatici, Hæretici, & a fide Christiana desciscentes, quia non solum a spirituali, sed etiam externa Ecclesie societate sejuncti sunt, quamdiu in hoc calamitoso sunt statu, non habent, quo possint juvari, ac recreari, imo tanquam membra a toto Ecclesie corpore abscissa, in suam ipsorum perniciem putrescunt.

CAPUT X.

De notis, & signis veræ Ecclesie.

Sunt autem signa veræ Ecclesie doctrina sana, & rectus Sacramentorum usus, quibus ab Ethnicorum, & Judæorum cætibus Ecclesia disjungitur, quarum utrique, & sana doctrina, & Sacramentis novi Testamenti carent. Tertium signum est unitas, quæ vinculo charitatis, & pacis continetur, ac membra Ecclesie ita conglutinat, ut non solum

lum, quod perpetuus Sanctorum consensus ^{Sæcul. XVI.}
 ab Apostolis usque ad nos recepit, & ^{A.C. 1548.}
 approbavit, idem sentiant, sed etiam
 idem loquantur. Quartum signum Ec-
 clesia veræ est, quod sit Catholica, &
 universalis, hoc est, per omnia loca,
 & tempora diffusa, & per Apostolos,
 eorumque Successores continuata usque
 ad nos successione propagata usque ad fi-
 nes terræ juxta promissiones Dei: Po-
 stula a me, & dabo tibi gentes hære-
 ditatem tuam, & possessionem tuam
 terminos terræ. *Item*: Multi venient
 ab occidente, & oriente, & recumbent
 cum Abraham, Isaac, & Jacob in reg-
 no cœlorum. *Item*, & eritis mihi te-
 stes in Jerosolyma, & in omni Judæa,
 & Samaria, & usque ad ultimum ter-
 ræ. *Item*: Et ego rogabo Patrem,
 & alium Paracletum dabit vobis, ut
 maneat vobiscum in æternum, Spiri-
 ritum veritatis, quem mundus non po-
 test accipere. *Hæc duo signa distinguunt*
Ecclesiam Christianam a Schismaticorum,
atque Hæreticorum gregibus, qui vin-
culum charitatis rumpunt, & a Catho-
lica unione seipsos in suam ipsorum per-
niciem divellunt, dum partem suam toti,
atque universæ Ecclesiæ anteferunt.

CA.